Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Karl Gustav Wolff

Specimen Ivridicvm Qvo Pavcis Disseritvr De Bonorvm Possessione Eivsqve Adhvcdvm In Foro Facienda Applicatione

Gottingae: Typis Io. Henr. Schvlzii, MDCCXCIII

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

IAE

VILIS

IONES

XII

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn893761206/phys_0001

DFG

K. K. — 1 (12.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn893761206/phys_0004
DFG

XII.

Beucard üb. d. Verhältniß des Pächters.
Braun de usufr. parent. in bon. liberor.
Breuning ad C. 2. C. de resc. vend.
Brokes. de Pomponio Icto.
Einert Comparatio Legg. Rom. et Germ.
Eybe. de interpr. legati ad pias causas.
Feil. de jure ader venditori remanente.
Feuerlein de privil. dotis sponsae comp.
Fricke. an compensationi obstet praescr.
Frisch. de herede infante.
~~[illegible]~~.
Hoffmann. Romana themis commercior. fautr.
Hombergk de Legg. Servii Tullii.
Junghans de Jurej. calumniae.
Koch. de praedio urbano et rustico.
Kraus. de act. publiciana.
LeGrand. Obss. jurid.
Madihn. de servitute usus.
Malblanc. ad L. 2. § 2. D. ad L. Rhod.
Martini. de act. de pauperie et de pastu.
Meister de Viviano.
Mitzius. de origine Ictor. rom.
Pragemann de [illegible] jure [illegible].

de conc. hypoth. Ramm.
Rau. de peculiis
de Sodal. arval. Reinhard.
de poena ab irato etc. Richter.
de Fetialibus. Ritter.
de Novation. Sator.
de transact. Schubert.
[illegible] id. Schwope.
[illegible] de [illegible] tac. Seger.
de aedif. non dir. Senf.

Steger hon. vir. vett. Ict.
Sturm [illegible] caus. fig.
Stryck d. [illegible] gallus C. de posth.
Tittel de substituto vulg. etc.
Vitrigne. divis. contr.
Werlhof de Novation.
Wolff de bonor. poss.
Woog de hered. sacror. priv.
Wunderlich de re litig. non compensanda.

39 Mu. 8.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0006
DFG

SPECIMEN IVRIDICVM
QVO PAVCIS DISSERITVR

37

DE

BONORVM POSSESSIONE
EIVSQVE ADHVCDVM IN FORO FACIENDA APPLICATIONE

AVCTORE
IOH. CAROL. GVSTAV. WOLFF
ROSTOCHIO - MEGAPOLITANO.

GOTTINGAE,
TYPIS IO. HENR. SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.
MDCCXCIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0008
DFG

VIRO

EXPERIENTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO

DOMINO RICHELMANN

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI, NEC NON SERENISSIMO DVCI MEGAPOLITANO A CONSILIIS AVLICIS

HOC SPECIMEN

D. D. D.

AVCTOR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0009
DFG

BENEVOLE LECTOR.

Conditioni iſtae, quam pie defunctus Conſiliarius Saſſe implendam iis impoſuit, qui beneficiorum, quae tam largo animo in ſtudioſorum vtilitatem conuertendo conſtituit, participes fierent, vt ſatisfacerem haecce ſcripta prae te vides. Nam benigniſſimus eorum diſpenſator, cuius nomen hoc opuſculum in fronte fert, in me etiam partem illorum contulit, qua de tanta in me beneuolentia hisce publicas ei gratias perſoluo. Qua autem ſcribendi neceſſitate adſtrictus, vix, de quo aliquid in medium proferrem, inueni. Nam poſt tot ſecula in perſcrutando per tantos viros quo hodie vtimur iure praeterlapſa, tantamque poſt ſcriptorum iuridicorum molem exſtructam, quid inueniri poſſet, quod non iam ab aliis dictum, iterum iterumque

fit

ſit repetitum. Tandem vero mecum cogitavi, non tam rei nouitatem eſſe, quae exſpectaretur, quam potius ſcientiam iamiam dictorum, ab aliisque pro veris et iuſtis agnitorum. Hac cogitatione munitus haec, quae ſequuntur, tibi offero, beneuolentiaeque tuae me commendo.

I. C. G. WOLFF.

§. 1.

I. Generatim de ſucceſſione haereditaria.

a) Notio.

Varii ſunt dominii adquirendi modi, partim naturales, partim ciuiles, prout vel naturali ratione tales haberi poſſunt, vel proprio iure ciuili fundati ſunt. Hos porro in ſingulares et vniuerſales dividunt, quorum illi tales ſunt, quibus res ſingulares, hi autem, quibus res vniverſales adquiruntur. Ad hos potiſſimum haereditatis adquiſitio pertinet. Hinc iam patet, haereditatem eſſe modum adquirendi civilem vniverſalem, et ſi obiective verbum acceperis, patrimonium defuncti, quod morte eius ad alium pervenit, ſignificat, ſin autem ſubiective, ius ſuccedendi in omnia defuncti bona et iura ſub eo intelligitur.

§. 2.

b) Species iuris ſuccedendi.

Ius illud ſuccedendi vel immediate et proxime ex legis diſpoſitione deſcendit, vel in voluntate nititur defuncti ſpecialiter declarata. Priori caſu ſucceſſio legitima ſeu ab inteſtato eſt. Poſteriori vel vltima voluntas adeſt, vel pactum. Ibi ſucceſſio teſtamentaria, hic pactitia adeſt, quae tamen vlterior Romanis incognita, quin reprobata fuit. Succeſſio legitima et teſtamentaria in civilem et praetoriam, ſeu bonorum poſſeſſionem, abit, prout vel in iure civili, vel praetorio fundata eſt. Haec iam ad ſcopum noſtrum attinet, ideoque de ea pauca delibabimus.

§. 3.

§. 3.

II. Speciatim de bonorum poſſeſſione.

A. Eiusdem fons et forma antiqua.

a) Notio.

Primis reipublicae romanae temporibus iurisprudentia, vti in populis incultis fieri ſolet, parum exculta, quum cauſa ſucceſſionis in eo, quod quis ad familiam pertineret, quin in dominio *) quodam poneretur, nemo, qui non e familia erat, ad ſucceſſionem admittebatur. Plures ergo a ſucceſſione excluſi fuerunt, quos tamen ob ſanguinis nexum vel alia ex ratione defuncto ſuccedere aequum videretur. Hinc praetor, ius dicendi munere functus, cuius tamen auctoritas tantis aucta eſt incrementis, vt legislatoria fere videatur praeditus poteſtate, pluribus perſonis per edictum ius ſuccedendi tribuit, qui iure civili eo caruerunt **). Deinceps per leges quoque, ſenatusconſulta, conſtitutionesque principum eiusmodi perſonis ius haereditarium datum, quibus id iure civili non competebat. Quae quidem ſucceſſionis iura bonorum poſſeſſionis nomine veniunt. Ex iam dictis apparet, bonorum poſſeſſionem eſſe ius, quod praetor lexve nova ad praetoris ſimilitudinem in haereditatem concedit, iure civili incognitum ***).

§. 4.

*) Teſte Bynkershoeck Obſerv. L. 2. cap. 1. §. 3.

**) Quoniam id fecerit iure, multum inter doctores diſputatur. Sunt, qui praetorem callide et fraudulenter aliud tantum ſubſtituiſſe nomen, ſicque ius civile ſine iure putant immutaſſe. Sed parum credibile eſt, eum tali modo totum popolum, et inter eos iureconſultos, quin propraetores, fefelliſſe. Potius tacito quodam populi conſenſu hoc ipſi conceſſum videri poteſt, quippe cui interdum ſumma rerum, abſentibus nempe conſulibus, vel ipſi exercitus, cum iisque ſalus reipublicae, committebantur.

***) Sic definit. Koch in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 122. cuius veſtigia ſequitur Hoepfner in comm. ad J. §. 656.

§. 4.

b) *Species eiusdem.*

Ius iſtud haereditarium, ſi fontem reſpicias, partim ex edicto praetoris, partim ex lege noviori originem ducere iamiam dictum eſt. Hinc diviſio in bon. poſſ. ordinariam et extraordinariam deſcendit. Reſpectu effectus bonorum poſſeſſio vel verum ius haereditarium tribuit, vel non, ſed ius tantum poſſidendi interimiſticum, ob ius haereditarium alterius adhuc dubium. Ibi bonorum poſſeſſio edictalis, hic decretalis. B. P. edictalem in teſtamenturiam et ab inteſtato delatam diſpartire licet, quoniam non ſolum reſpectu teſtamenti, ſed eo etiam deficiente defertur. Illa, ſcilicet teſtamentaria, partim haeredi ſcripto defertur, praetore teſtamentum ſtricto iure invalidum valere permittente, partim alii, quam haeredi ſcripto, dum praetor teſtamentum ſtricto iure validum ſuo privat valore, et hinc diviſio oritur in bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas et b. p. contra tabulas.

§. 5.

α. *Bonorum poſſeſſio edictalis.*

1) *Eius natura conſideratur.*

Generatim quidem ad hereditatem adipiſcendam praetoriam, aeque ac in ſucceſſione ciuili, eiusmodi requiritur perſona, quae omnino haereditatem ſibi delatam adquirere poteſt, ſed in ſpecie per edictum vel noviorem conſtitutionem vocata ſit neceſſe eſt. Quod autem licet factum ſit, numquam tamen ipſo iure cuiquam adquiritur, nec inuito, (L. 3. D. de bon. poſſ.) ſed eius opus eſt agnitione ſeu petitione, i. e. declaratione voluntatis de accipienda bonorum poſſeſſione ſibi delata. Quae quidem ſemper iudicialiter eſt facien-

da, caeterum vero coram quocunque iudice, variisque modis fieri poteſt, hinc etiam per procuratorem, immo nogotiorum geſtorem, modo intra tempus petendae b. p. rata ſit habita. (L. 3. §. 7. D. de b. p.) Ad hoc vero eius petendae tempus quod attinet, parentibus liberisque annus, reliquis autem perſonis centum ſunt praeſcripti dies, quae quidem tempora ſunt vtilia, tam reſpectu initii, quam ratione curſus. Rite autem agnitione ſacta haeredum loco bonorum poſſeſſor habetur, et adquiſitionem haereditatis per bonorum poſſeſſionem omnes iſti, ſequuntur iuris effeſtus, quibus haeres gaudet civilis.

§. 6.

2. *Diviſiones eiusdem.*

a) B. P. contra tabulas.

His de bonorum poſſeſſionis natura praemiſſis, ad ſingulas eiusdem ſpecles me converto, et quibus in caſibus illi locus fuerit oſtendam. Et primum quidem quod ad b. p. contra tabulas attinet his quae ſequuntur perſonis eam dedit praetor. Praecipue in emancipatorum in teſtamento patris praeteritorum inventa eſt vſum, et vice verſa pater contra filii praetereuntis eum teſtamentum illa vtebatur. Non tamen tunc illi locus fuit, quum emancipatus per adoptionem in aliam tranſiiſſet familiam, vel adoptivus tantum filius fuiſſet. Tertia perſona, cui haec b. p. competebat, eſt patronus, in liberti teſtamanto praeteritus. Caeterum nec ſuis ea eſt denegata. Praeterea ille caſus notandus: quum quis heredes neceſſarios rite exhaeredaverit, in poſterioribus autem praeterierit tabulis, bonorum poſſeſſio data eſt illis contra tabulas priores (L. 12. §. 1. D. de b. p. c. t.), quippe iure civili per poſteriores imperfectas haud infirmatas.

§. 7.

§. 7.

b) B. P. ſecundum tabulas.

Hac edicti praetoris parte teſtamentum ſtricto iure invalidum iure praetorio ſervari poſſe iam ſupra dictum eſt. Hi autem ſunt potiores, in quibus ea agnoſci potuit caſus. Primo quum teſtamentum ſecundum antiquam formam, per aes ſcilicet et libram, haud eſſet confectum, iure praetorio ſervabatur. Dein non niſi hac agnita b. p. haereditatis pareticeps fieri ſcriptus haeres potuit, quum teſtamentum vel nullum eſſet ob pateritionem haeredis neceſſarii, ſi hic ante teſtatorem deceſſerat, vel ruptum, v. g., per haeredis neceſſarii poſt conditum teſtamentum ſupervenientiam ante teſtatorem e vita diſcedentis, ſeu per teſtamentum poſterius, quum id mortuo teſtatore inciſum, vel alio modo deletum inveniatur. Porro haeres ſub conditione inſtitutus ante eius exiſtentiam ad haereditatem adſpirans non niſi ope iuris honorarii eam potuit adipiſci, praeſtita tamen cautione de ea reſtituenda, ſi conditio defecerit. Nec non ex duobus agnoſci b. p. potuit teſtamentis, quum ſine confectionis die invenirentur, nec alio modo quidnam prius ſit, quidnam poſterius, probari poſſet. Praetoris quoque ope haereditatem ſcriptus haeres poterat nanciſci, quum tabulae interiiſſent, earum vero contenta probarentur.

§. 8.

c) B. P. ab inteſtato.

Denique illis per edictum ſuccurrit praetor, quibus, quippe a ſucceſſione ab inteſtato iure civili excluſis, aequitate ductus ius ſuccedendi tribuendum putavit. Eorum vero plures ordines fecit, quorum, ſi antecedens deficeret, ſubſequens ad ſucceſſionem veniret, immo uno ordine excluſus, iure alterius ordinis b. p. agnoſcere poſſet, e pluribus autem eiusdem ordinis uno alterove ad ſucceſſionem non veniente, eiusdem portio reliquis accreſceret, quae quidem diſpoſitio ſucceſſo-

rium vocatur edictum. Quatuor autem huc potiſſimum ordines attinent, reliquis iam a Iuſtiniano (§. 4. J. de b. p.) ſublatis.

Et primum quidem per edictum ***unde liberi*** (a verbis initialibus ſic nominatum) vocati ſunt liberi, tam ſui, quam emancipati.

Edictum ***unde legitimi*** omnibus illis dat bonorum poſſeſſionem, quibus iam aliunde ius ſuccedendi competit (L. 2. §. 4. L. 3. D. unde legit.) e. c. mater ex SCto Tertull. ſuccedens eam petere potuit. L. 2. §. 4. cit.)

Cognatis quoque, utpote iure civili neglectis, proſpectum eſt per edictum ***unde cogpati.***

Denique per edictum ***unde vir ex uxor*** ſuperſtes coniux ad praedefuncti bona, omnibus deficientibus cognatis, admiſſus eſt.

§. 9.

β) *B. P. decretalis.*

B. P. decretalis non, ut edictalis, vi generalis edicti diſpoſitionis delata eſt, ſed praeviam cauſae cognitionem, eamque ſubſequens requiſivit decretum, eoque demum eſt delata. (L. 1. §. 7. D. de ſucc. ed.). Hinc non niſi coram iudice competente peti potuit. Non autem ius haereditarium tribuit, id quod potius ſupponitur, ſed ius tantum interimiſtice poſſidendi haereditatem, usque de enventu adhuc dubio conſtet, ea adquiritur. Haec autem illi potiſſimum annumerantur ſpecies.

1) B. P., quae ventris nomine, i. e., mulieri gravidae datur, ſi is, quem in utero fert, defuncto ſucceſſurus foret' ſi iam eſſet natus. Bonis huc usque curatore conſtituto, mulier ex iis alimenta percipit.

2) B. P. Carboniana, quae datur impuberi, cui queſtio de ſtatu et haereditate movetur. Qui ne minus idonee defendatur, diſcuſſionem queſtionis in pubertatis tempus differri praeſcriptum eſt, ipſe autem in poſſeſſionem haereditatis mittendus. (L. 1. pr. et §. ult. D. de carb. ed.). Cautionem tamen praeſtet neceſſe eſt de reſtituenda haereditate, ſi pubertate adepta contra ſe iudicatum fuerit. Si vero non ſatisdat, in poſſeſſionem mittitur adverſarius eius (L. 2. §. 5. D. eod.

Huc 3) referenda eſt bon. poſſ. curatori furioſi data. Qua quidem efficitur, vt, quum furioſus haereditatem ſibi adquirere nequeat, poſſeſſionem et adminiſtrationem curator adipiſcatur. Vi tamen transferendi dominum caret, ſi furioſus in furore deceſſerit, vel poſtmodum reſipiens eam non ratihabuerit.

§. 10.

B. *Vſus bonorum poſſeſſionis hodiernus.*

Multi quidem iuriſconſulti, imprimis antiquiores, bonorum poſſeſſioni omnem denegandum conſuerunt vſum *) aſt melior videtur diſſentium eſſe opinio. Nusquam enim per ius novius in totum eſt reprobata, potius expreſſe confirmatam invenimus. (§. 4. J. de b. p. L. 4. C. de liber. praet.). Hinc de pleniſſima eius ad eos caſus, de quibus hocce nil diſponit, applicatione dubitandum haud eſſe videtur. Licet autem per Nov. 115. et 118. doctrina de ſucceſſione in novam redacta ſit formam, hinc tamen colligi nequit, nos bonorum poſſeſſionis non amplius indigere, quum non pauca in foro haud raro occurrentia ſuperſint, quae iſtae ſilentio praetereunt. Nec inutilis eſt habenda, quum variae prae iure civili adferat rommoda, v. g., reſpectu temporis praeſcriptionis. Quae

 quum

*) Inſtar omnium ſit Vinnius ad §. ult. J. per qu. perſ. cuiq. adquir.

quum ita ſint, paululum ſpecialius in applicationem de ea faciendam inquirere mihi ſupereſt.

§. 11.

a) Vſus bonorum poſſeſſionis contra tabulas.

Huius partis iuris praetorii omnium fere minimus videtur vſus relictus. Poſt differentiam enim ſuos inter et emancipatos quoad haeredis inſtitutionem novellarum iure ſublatam quum teſtamentum ob praeteritionem emancipati non minus, ac ſi filius in patria poteſtate exiſtens ſit praeteritus, corruat iure civili *), bonorum poſſeſſione non amplius eſt *neceſſe.* Contra vero neceſſaria eſt exiſtimanda in caſu legis 12. §. 1. D. de b. p. c. t. ſupra allegato.

§. 12.

B. P. ſecundum tabulas.

Maior huius bonorum poſſeſſionis habendus eſt vſus. De omnibus enim caſibus ſupra (§. 7.) memoratis quum ius novius nil conſtituat, nec iuris praetorii ad eos prohibeat applicationem, de illius in hac re vigore non eſt dubitandum. Excidendum tamen, ſi in teſtamentis faciendis non omnes adhibentur ſollemnitates per ius novius praeſcriptae: teſtamentum enim illis non munitum valore ſuo caret, (L. 23. C. de fideic. L. 22. §. 4. D. qui teſt. fac. poſſ.) nec bonorum poſſeſſione ſervari poteſt.

§. 13.

*) Diſſentit Ill. Hoepfner in Comm. ad J., ſed, vt mihi quidem videtur, Juſtinianus ſatis clare liberorum ſuorum et emancipatorum iura in hac re coaequavit, vt inde vix ullum dubium ſuperſit. Vid. §. 5. J. de exhaer. lib. Nov. 115. c. 3. N. 118. c. 1. cf. quoque Helfeld ad D. §. 161. ibique n. t.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0020 DFG

§. 13.

B. P. ab inteſtato.

Huius bon. poſſeſſionis maxime in ſucceſſione coniugis ſuperſtitis in praefuncti bona ſeſe exſerit vſus, immo ad haereditatem conſequendam neceſſitas.

Coniuges enim, iure civili a mutua ſucceſſione repulſi, — non mihi ſermo eſt de ſucceſſione coniugis inopis in divitis bona relicta — non niſi praetorio iure ſuccedere queunt. Reliqua praetoriae ſucceſſionis, quae ab inteſtato defertur, capita per novellarum conſtitutionum ſanctiones adeo ſunt mutata, vt iis amplius non indigeamus.

§. 14.

B. P. decretalis.

Bonorum poſſeſſionis decretalis nos hodie adhuc neceſſario indigere, illi ipſi concedunt, qui ceteroquin bonorum poſſeſſionis denegant vſum. Hinc eo minus die eiusdem dubitandum eſt applicatione.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn893761206/phys_0021
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn893761206/phys_0023
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn893761206/phys_0024
DFG

Carboniana, quae datur impuberi, cui queſtio de ſta-
movetur. Qui ne minus idonee defendatur, diſcuſſio-
n pubertatis tempus differri praeſcriptum eſt, ipſe au-
nem haereditatis mittendus. (L. 1. pr. et §. ult. D.
Cautionem tamen praeſtet neceſſe eſt de reſtituenda hae-
rtate adepta contra ſe iudicatum fuerit. Si vero non
ſſeſſionem mittitur adverſarius eius (L. 2. §. 5.

eferenda eſt bon. poſſ. curatori furioſi data. Qua
r, vt, quum furioſus haereditatem ſibi adquirere ne-
nem et adminiſtrationem curator adipiſcatur. Vi ta-
i dominum caret, ſi furioſus in furore deceſſerit, vel
piens eam non ratihabuerit.

§. 10.

Vſus bonorum poſſeſſionis hodiernus.

dem iurisconſulti, imprimis antiquiores, bonorum
em denegandum conſuerunt vſum *) aſt melior vi-
eſſe opinio. Nusquam enim per ius novius in
probata, potius expreſſe confirmatam invenimus.
p. L. 4. C. de liber. praet.). Hinc de pleniſſima
us, de quibus hocce nil diſponit, applicatione dubi-
eſſe videtur. Licet autem per Nov. 115. et 118.
eſſione in novam redacta ſit formam, hinc tamen col-
bonorum poſſeſſionis non amplius indigere, quum
ro haud raro occurrentia ſuperſint, quae iſtae ſilentio
ec inutilis eſt habenda, quum variae prae iure civili
la, v. g., reſpectu temporis praeſcriptionis. Quae

omnium ſit Vinnius ad §. ult. J. per qu. perſ. cuiq.